

Quibus habitis, subtrahe motum Solis vnius horæ, de motu horatio Lunæ, residuam constituendo pro diuifore, quo demum diuidas præhabitam differentiã verorum motuum Solis & Lunæ reperorum ad tempus mediæ coniunctionis vel oppositionis eorundem, & in quotiente prodibunt horæ. Præmissa tamen reductione ad eandem denominationem. Et si aliquid remanserit indiuisum, per 60. multiplicetur, & productum diuidatur per id, quod prius, & inuenientur minuta horarum &c. Extremo autem illud tempus in loco quotientis exortum, tempori mediæ coniunctionis vel oppositionis præhabito adde, si dicta differentia Solis fuerit, vel ab eo rescinde, si Lunæ fuerit differentia appropriata, & aggregatur, vel residuatur tempus veræ coniunctionis vel oppositionis, prout de aliquo eorum operaris, in diebus horis &c à meridie computatum in singulisq; differentijs & minutijs completè transactum. Ad hoc ergo tempus si luminarium vera loca inquirentur eidem puncto lōgitudinis zodiaci subiacere cernentur, quod veræ coniunctionis indicium est, diebus licet non æquatis. Aequatio igitur dierum pro eodem tempore comperta, si addita fuerit, cuncta æquata prodibunt, quam sic inuenies. Intra cum fig. & gra. motus Solis tabulam æquationum dierum naturalium cum noctibus suis, & tempus quod in angulo communi offendes in minutis & secundis respectu signi & gradus Solis, æquationem dierum ostendit.

Hanc verò æquationem semper addere oportebit tempori σ . δ . vel aspectus luminarium, vt fiant æquatis diebus, vt apud tabulam regionem inuenies. Gratia exempli: Volo inuenire coniunctionem primam anni præfati occurrentem in diebus Ianuarij. Inuenio per 22. coniunctionem mediam luminariũ 8. d. 5 h. 14. mi. 56 secund. mensis Ianuarij, medios motus &c.

S.	gra.	mi.	secund.	
9	27	11	41	Locus luminarium
3	1	11	47	Aux Solis
6	25	59	52	Argumentum Solis
Adde		58	40	Aequatio æquata argument.
9	23	10	21	Verus motus Solis
4	15	9	2	Argumentum Lunæ
Subtra. 3		41	44	Aequatio æquata argument.
9	23	29	57	Verus motus Lunæ
0	4	40	24	Differentia Solis,

Mitto. deinceps argumentum Solis in tabulam veri motus Solis & Lunæ in hora una, & offert se motus horarius in columnula Solis 2. mi. 33. se. Sed cum Lunæ